

ptio non sufficeret ad detegendum contractum vsurarium, sed alia debent concurrere. Ita Hier. Gabr. in conf. 152. num. 4. lib. 1.

Decima est præsumptio, & coniectura, quando emptor idemque locator voluit contractum venditionis posse dissolui, nisi vsque ad certum tempus, puta, nisi post sex annos, atque ita facultas reemendi non pendeat ab ipso venditore ab initio, sed solum post certum tempus. Ita Cepoll. in d. tract. de simulatione contractuum, nu. 49. versic. decima præsumptio, qui huius opin. recenset Host. & Io. Andr. in c. ad nostram, de empt. & vendit. & Beatum Bernardinum in tract. de contractibus. & vsuris, in sermo. 39. art. 2. c. 1. His accedit Bal. in conf. 488. Apparet. lib. 1. Castren. in conf. 109. Vlt. petitione. versic. sunt etiam alia, lib. 2. Abb. in conf. 76. nu. 2. lib. 1. & in d. cap. ad nostram, in 3. casu. Alex. in conf. 109. in fi. lib. 4. Guido Papæ q. 5. 16. In conf. 150. nu. 1. lib. 4. Tiraq. de retractu conuentio. §. 1. gl. 1. nu. 69. Crau. in conf. 156. nu. 5. Cagn. in l. 2. nu. 60. C. de pact. inter empt. & vend. Neviz. in conf. 88. nu. 4. Did. in lib. 3. variat. refol. c. 8. in fin. Io. Bapt. Lupus in d. l. 2. in 2. par. num. 40. qui alios nonnullos recenset, & alios addit Decian. in conf. 2. nu. 17. lib. 1. & in conf. 105. nu. 2. lib. 2. & idem respondit Gabriel. in conf. 74. num. 5. versic. secunda coniectura lib. 1. qui dixit, esse coniecturam vrgentissimam. Accedunt etiam ex theologis Conradus in tract. de contractibus. q. 83. in conclu. 8. & Io. de Medina in tract. de restitutionibus, in c. de censu redimibili, col. pen.

70 Ceterum prædicta præsumptio, & coniectura sola non sufficit ad probandum contractum esse vsurarium, sed cum alijs præsumptionibus iuncta, satis erit. Ita declarat ipsemet Cepolla præcitato in loco, nu. 50. versic. sed tamen ista præsumptio, qui sic intelligit Bald. in c. r. de feud. dato in vicem legis commissio. Idem scripserunt Aluar. in d. c. 1. col. pen. versic. quarto extra. Socin. sen. in conf. 248. col. 2. versic. quarto, lib. 2. Iaf. in conf. 153. lib. 4. Crauet. in conf. 156. nu. 5. Clauasius in summa in verbo, vsura, il. 1. nu. 67. Conrad. in loco supra alleg. Tiraq. de retractu conuentio. §. 1. gl. 2. num. 70. Modernus Parisien. in tract. de vsur. num. 352. in fin. qui alios nonnullos commemorat. Cagn. in l. 2. num. 60. C. de pactis inter empt. & vend. & ibid. Ioan. Baptist. Lupus in 2. part. nu. 40. versic. intelligas tamen. & Decian. in d. conf. 2. nu. 13. 1. & 132. libro 1. qui late explicat, sic etiam respondit Hier. Gabr. in conf. 74. num. 6. lib. 1. qui tamen dixit, esse coniecturam vrgentissimam.

Et hæc quidem locum habent in venditionibus prædiorum, & aliarum rerum mobilium, vt hæc sola præsumptio non sufficiat, secus verò est in venditione censuum,

71 & reddituum annuorum. Nam tunc sola hæc coniectura sufficit. Ita Modernus Paris. præcitato in loco, & Coenar. in lib. 3. variat. refol. c. 8. num. 8. quos secutus est Lupus qui supra nu. 42. Idem respondit Hier. Gabr. in conf. 152. num. 7.

Vndecima præsumptio est similis præcedenti (inquit Cepolla in d. tract. de simulatione contractuum, nu. 51. versic. vndecima præsumptio,) quando scilicet in pacto de reuendendo dictum fuit e contra, quod emptor teneatur reuendere venditori fundum venditum, vsque ad certum tempus, vt post decennium, quo elapso sit in ipsius emptoris facultate, quod venditor remaneat perpetuus Liuellarius, vel quod possit cogi ad reemendum. Ita Cepolla ex sententia Host. in summa de vsuris, §. vlt. versic. secundo qui dixit, malam esse præsumptionem contra ipsum emptorem, quando voluit, quod esset in sua potestate reemendi, & non reemendi. Crau. in conf. 491. num. 13. lib. 3.

Est tamen obseruandum, valere pactum, quod post 73 certum tempus, vel conditionem liceret venditori reuendere rem venditam, si ipse uellet. Ita Cepolla præci-

tato in loco, num. 51. versic. adde tamen, post Bald. quem recenset.

74 Duodecima est præsumptio, & coniectura, quando uenditor uendit fundum, adiecto pacto, quod ei locaretur in perpetuum, & quod usque ad decennium, uel in perpetuum uenditor posset reemere, & alia concurrunt coniectura. Ita Cepolla in d. tract. de simulatione contractuum, num. 52. uer. duodecima præsumptio. in c. nu. 54. Qui quidem subiungit dubitationem, an maior præsumptio simulationis sit illa, quæ oritur à pacto reuendendi ad certum tempus, uel illa, quæ sumitur à pacto de reuendendo in perpetuum. Distinguit ipse Cepolla. ibid. d. num. 54. uer. circa quod, &c. aliquot casus.

Primus est, quando agitur de præsumendo contra uenditorem. Hoc casu (inquit Cepolla) maior simulationis præsumptio oritur, quando factum est pactum de reuendendo in perpetuum. Nam significat ipse uenditor nullo modo uoluisse perfectè uendere, sed potius pignori dare. Ex quo uoluit esse sibi concessa in perpetuum redimendi facultatem. Si enim esset pactum de redimendo usque ad certum tempus, puta decennium, saltem significat, se post illud tempus habuisse animum uendendi, dominium abdicandi.

Secundus est casus, quando agitur de præsumendo contra emptorem, qui fecit pactum de reuendendo perpetuò, sic tamen uolente ipso uenditore, qui nolebat aliter uendere. Hoc in casu nulla est præsumptio contra ipsum emptorem. Ita tradit Cepolla in loco præallegato nu. 54. in fin. & nu. 55. Ea adductus est ratio, quia credendum est emptorem minus libenter sic pepigisse. Cui uerisimilius sit, eum potius uoluisse promittere ad certum tempus, ne res ipsa empta stet semper in suspensio. Est sanè utilius, melius & fauorabilius emptori promittere reuèdere ad certum tempus, quia fieri posset, quod ipse uenditor intra illud tẽpus non reemeret, & propterea res libera remaneret apud ipsum emptorem. Est, & utilius, quia res empta cum pacto redimendi perpetuò est semper (ut experientia docet) multo minoris ualoris, quam empta cum pacto redimendi ad certum tempus. Qui enim emunt cum pacto reuendendi perpetuò, non

75 audent in re ipsa empta impensas, & melioramenta facere, cum ob oculos semper habere uideantur uenditorem, re effecta meliori uti, quæ offerretur sibi in numeratum pretium. Id quod non contingit re uendita, cum pacto reuendendi ad certum tempus, quia illo elapso potest emptor ad sui commodum, & utilitatem redde- re rem meliorem, & utiliorem.

Tertius est casus, quando agitur de præsumendo contra emptorem, qui fecit pactum de reuendendo perpetuò, sic rogante uenditore, qui uoluit, quod pactum esset perpetuum, uel saltem ad certum tempus, & ipsi emptori placuit promittere perpetuò. Hoc in casu idem est dicendum, quod in præcedenti, nullam hic esse præsumptionem contra emptorem. Cum potius sit gratia, & liberalitas, quam fecit ipsi uenditori. Ita Cepolla. qui supra nu. 55. uer. aut uenditor nolebat.

Quartus est casus, quando agitur de præsumendo contra emptorem, qui fecit pactum de reuendendo perpetuò uenditori, qui non magis petijt sibi promitti perpetuò, quam ad certum tempus reuèdi. Et ipse emptor ob amicitiam, quæ cum uenditore intercedebat, sic promissit perpetuò reuendere. Hoc etiam casu dicendum est, nullam esse malam præsumptionem contra emptorem. Ita Cepolla in prædicto loco, nu. 55. uer. aut uenditor non petijt. Ea motus est ratio, quam superiore in casu cum eo commemorauit.

Quintus est casus, quando agitur de præsumendo contra emptorem, qui fecit pactum de reuendendo perpetuò ipsi uenditori non rogati, nec cogitanti, sed quia ita ipse emptor uoluit. Hoc sanè casu præsumptio al qua mala

mala insurgit contra ipsum emptorem, quæ scilicet emere noluerit, sed pignori habere, quia si uoluisset emere, potius promississet reuendere ad tempus, quam perpetuò. Ita tradit Cepolla præcitato in loco, num. 55. versic. aut emptor facit pactum. Et ibidem numer. 56. ex sententia

76 Beati Bernardini concludit, melius fesse quod fiat pactum de reuendendo ad tẽpus certum, quam perpetuò. Et tempus ipsum certum sit septennij. Quod qua ratione fieri sic debeat, tradit illo in loco Cepolla.

Tertia decima præsumptio, & coniectura contractus simulati, & feneratorij est, quæ colligitur ex pacto quo ipsi emptor & uenditor conuenerunt, quod quando cõ- que uenditor restitueret pretium, emptor teneatur restituere rem suam. Ita Cepolla in d. tract. de simulatione contractuum, nu. 58. versic. tertia decima præsumptio, post Castren. in conf. 74. In casu mota per D. Dorotheam. col. 3. versic. quarta resultat. lib. 4. Et idem affirmant Calc. in conf. 25. num. 68. Corn. in conf. 4. col. 2. uer. pactum de reuendendo. lib. 4. Dec. in conf. 123. col. 1. uer. quod autem. Ruin. in conf. 16. num. 11. lib. 5. Bert. in consil. 111. in fi. lib. 3. & Gram. in decil. 76. num. 7. Natta in consil. 138. num. 9. lib. 1. sic & Decian. in consil. 2. numer. 3. 1. & num. 133. 1. b. 1. idem affirmat Mascar. in conclu. 440. num. 1. & 2.

78 Ea ratione moti sunt, quia restitutio magis accedit ad mutuum, quam ad uenditionem: cum restituito non præsupponat uenditionem, sicut pactum de reuendendo. Et propterea cum sit quedam promissio facta contra naturam ipsius emptionis, & uenditionis, arguit suspicionem, iuxta l. si quid sub conditione. ff. de cond. in- stit. & diximus supra. Et alijs multis declarat Cepolla, præcitato in loco.

Decimaquarta præsumptio, & coniectura ad detegendum contractum simulatum, & feneratorium est, quando 79 do pacta appositæ in contractu claudicant, quia omnia facta sunt in fauorem creditoris, sicque emptoris, nullum uerò in fauorem debitoris, sicque uenditoris. Ita tradit Cepolla in dict. tract. de simulatione contractuum, nu. 60. uer. decimaquarta præsumptio. post Host. in summa de vsuris §. vlt. uer. secunda quæ est optima. Gulielm. à Monte Lauduno in Clem. ex grandi. de vsur. & Zabarella in ibidem in §. Ceterum. quæstion. 2. idem scripserunt Dec. in consil. 308. num. 16. Affli. in cap. 1. in princ. num. 25. uer. 7. præsumitur. de feudo dato in vicem legis commissio. Bero. in conf. 165. num. 1. & in conf. 169. num. 1. lib. 1. Grat. in conf. 12. num. 3. lib. 2. Paris. in conf. 54. num. 39. lib. 1. Rebuffus in Commentarijs ad concordata Regis Galliarum, in tit. de collat. onib. §. volumus. in verbo, uacantia, uer. octaua coniectura, qui simile refert. & Decian. in conf. 105. num. 25. lib. 2. Ea ratione moti sunt, quia si uerus fuisset contractus emptionis & uenditionis, non est uerisimile, quod omnia pacta appositæ fuissent ad fauorem creditoris, sicque emptoris. Cui non præsumatur uenditorem uoluisse iactare suum. l. c. de indebito. in princ. ff. de probat. Hæc tamen sola præsumptio non sufficit, sed alia debent concurrere. E contra uerò quando pacta omnia sunt æqualia, arguitur contractus iustus, & legitimus. Ita Dec. in dict. consil. 308. num. 6.

Decimaquinta præsumptio, & coniectura contractus simulati, & feneratorij colligitur ex eo, quod 81 dixerat emptori, se indigere centum aureis, quos si emptor numerabit, uendet fundum unum ex multis suis ab ipso emptore eligendum cum pacto de reuendendo. Ita Cepolla in d. tract. de simulatione, num. 61. uer. decimaquinta præsumptio. & Affli. in c. 1. in princ. num. 35. uer. decimotertio. de feudo dato in vicem legis commissio. Non enim hoc in casu uenditor habuit animum uendendi, sed potius pignori dandi, quia si uerè, & liberè uendere uoluisset, pro sua necessitate, vel uoluntate, non

82 uoluit soluere iustum rei pretium, ut puta centum, at tamen uenditor dixit, uolo 50. tantum, quia pluris non indigeo. Ita tradit Cepolla in d. tract. de simulatione contractuum, nu. 62. uer. decima sexta præsumptio, post Cast. in conf. 328. Vlt. petitione prædicta, quæ hæc tamen non inueni. Idem est, quod uenditor peteret 80. pro ipso fundo uendendo cum pacto redimendi, & emptor dixisset, se numeraturum 100. sine illo pacto reuendendi. Et uenditor noluit sic uendere, sed potius habere illa 80. cum dicto pacto. Hoc est in casu præsumitur contractus simulatus, & vsurarius. Ita Cast. & Cepolla, præcitatis in locis. Et rationem cõsiderauit ipse Cepolla, quia in dubio quis 83 præsumitur uelle uendere rei iusto pretio, & potius quod est minoris pretij, pluris uendere. l. in cause. §. pen. ff. de minor. & in litem si pretio. §. quem ad modum. ff. lo cati. Et ideo quando quis sponte uendit minori pretio, quod est maioris ualoris, & minus uult, quam quod sibi offertur, præsumptio est mala contra eum, cum ut sæpius dictum fuit, nemo præsumatur iactare suum. d. l. cum de indebito.

Decima septima præsumptio, & coniectura est, quæ 84 oritur ex paruitate pretij ex persona emptoris, ut puta quæ lo pensio est tenuis respectu redditus fundi, ex quo multo plus percipitur. Ita Cepolla in d. tract. de simulatione contractuum, nu. 63. uer. decima septima præsumptio. post Bal. in d. conf. 322. lib. 3. Idem responderunt Crau. in conf. 156. nu. 16. & Nat. in conf. 198. num. 1. in fi. lib. 1. & diximus in fine tertie coniectura.

Non enim, inquit ille, est uerisimile, quod cum maior pensio ex fundo haberi possit, quam hæc, quæ à uenditore præstatur, uoluerit emptor minus sibi præstari, cum nemo (ut diximus) præsumatur iactare suum. Est ergo præsumptio, quod emere is noluerit, sed pignori recipere.

Decima octaua præsumptio, & coniectura contractus simulati, & feneratorij colligitur ex eo, quod 85 emptor non curauit uidere rem, & de ea sumere informationes, sed satis ei fuit emere cum pacto reuendendi, & eam concedere uenditori uel nomine liuelli uel locationis. Si enim uere emere is uoluisset, adhibuisset diligentiam in ea re uiddenda, & consideranda. Ita tradunt Cepolla. in d. tract. de simulatio. contractuum num. 64. & alij plures, quos congeffi in consil. 109. num. 2. 1. lib. 2. & accedit. Paris. in conf. 54. num. 70. lib. 1. Existimo tamen solam coniecturam 86 ram non sufficere ad detegendum vsurarium, cum (ut etiam



etiam est communis huius regionis vsus) sic emanat luelli, & redditus, quemadmodū, & Veronæ observari restatur Capol. præcitato in loco. & Affl. in c. 1. in prin. num. 41. de feudo dato in vicem legis commissio. de hac coniectura dubitavit, nisi deducatur, & probetur, quod in ea civitate, & regione solent emptores videre bona à se emenda.

Decimanona præsumptio, & coniectura colligitur èt ex piona emptoris qui verisimiliter emere noluit, ex quo ipsemet familia prædia vendit. Ita Capolla in d. tractat. de simulatio. contractuum, nu. 64. vers. decimanona præsumptio. Nam hæc videntur esse contraria, ven- dere & emere. Et nemo præsumitur in continenti qui contra agere. l. nam ad ea. ff. de cond. & dem. & Cepol. scutus sum in conf. 109. num. 2. lib. 2.

Ceterum crediderim leuem admodū esse hanc qui præsumptionem, si alia non concurrat. Cum emptor ad se vendendum, & emendum iustis de causis moveri potuit. Verius fortè coniectura hæc locum habere posset, quādo emptor vendidit propria prædia fertilia, ut emeret sterilia. Ita Affl. in c. 1. in prin. num. 37. de feudo dato in vicem legis commissi.

Vigesima præsumptio, & coniectura contractus simu- lati, & fœneratij colligitur, quando qui clam, & occulte facta est venditio, cum pacto redimendi, & secuta est locatio, vel ad liuellum concessio. Ita Capol. in d. tractat. de simulat. contractuum, n. 66. vers. vigesima præsumptio. Idem affirmarunt Affl. in c. 1. in prin. nu. 28. vers. 19. præsumitur. de feudo dato in vicem legis commissi. & Decian. in conf. 2. num. 92. lib. 1. Ita actionum cessio qui clam, & occultè facta præsumitur simulatè, & fictè facta. ab Anastasio. C. mand. & dicemus infra hoc libro in præsumptio. 129. sic & donatio facta clam ab eo, qui deinde deliquit, præsumitur facta qui in fraudem fisci, sicuti dice- mus infra hoc lib. in præsumpt. 124. His similia omitto. Hæc tamen coniectura facile cessat, quando apparere potest, quod aliqua qui iusta de causa sic clam contractus fit. Ita Capol. præcitato in loco, qui subiungit, quod si instrumentum qui diu fuit occultatum, præsumitur simu- latum. Econtra vero, quando palam qui contractus cele- brantur suspicio tollitur. Ita Decian. in consil. 2. num. 92. lib. 1.

Vigesima prima præsumptio, & coniectura contra- ctus simulati, & vsurarij colligitur ex qui qualitate loci, vbi contractus fuit celebratus. Ita Capolla in d. tract. de simulatione contractuum. num. 68. vers. vigesima prima præsumptio. post Gulielmum à Monte Laudano in dict. clem. ex grandi. de vsuris. & Host. in summa de contrah. empt. §. 1. vers. illud autem non. ibi, consuetudo etiam vsurarij, & terre in hoc maxime attendenda est, & hæc coniecturam probarunt Castren. in consil. 19. v. l. petit. lib. 1. Affl. in c. 1. in prin. numer. 29. de feudo dato in vi- cem legis commissi. & Rolan. in conf. 11. num. 26. li. 2.

Est ratio, quia in dubio præsumitur qui id esse actū, quod eo in loco fieri consuevit. l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de edil. edict. qua de re supr. in lib. 1. q. 15. num. 10. & num. 28. & scripti, præsumptionem & coniecturam sumi à patria.

Ceterum præsumptio hæc, qui etiam si emptio facta sit cum pacto de reuendendo non sufficit ad detegendum contractum vsurarium, sicuti à fortiori dicemus in dua- bus subsequent. coniecturis ad fin. Et præterea accedit, quod si loci vsus, & consuetudo hoc fert, ut similes con- tractus passim fiant, excusantur quidem sic contrahen- tes à pœna indicta contra vsurarios, ut tradit Bart. in d. §. qui assidua. & alij congesti à Rolan. in consil. 58. n. 19. lib. 4. & Decian. in conf. 2. num. 82. lib. 1. Non tamen ex- cusat ad præiudicium lesi. Ita Natt. in conf. 498. nu. 24. 98 lib. 3. Plot. in conf. 19. Et rursus suspicio hæc cessat, qui quā emptor est vir probus, & uitæ honeste. Ita post alios re-

sponderunt Rol. in conf. 96. num. 20. lib. 1. & in consil. 58. num. 21. lib. 4. & Decian. in conf. 2. num. 84. lib. 1. Idem quando qui emptor est iusticijs, & petioia simplex. Ita Natta in consil. 586.

Vigesima secunda præsumptio, & coniectura contra- ctus simulati, & fœneratij est, qui si emptor, qui fecit pa- ctum de reuendendo, consuevit similes contractus face- re. Ita Capolla in d. tractat. de simulatione contractuum, nu. 70. vers. vigesima secunda præsumptio, post Guliel. à Monte Laudano in d. clem. ex grandi. & Zabarel. ibidem. §. ceterum, q. 3. de vsur. idem responderunt Castren. in conf. 109. V. l. petitione prædicta, col. 1. vers. sufficeret etiam. lib. 2. Cagn. in l. 2. nu. 50. vers. partem autem con- trariam. C. de pact. inter empt. & vend. Natta in consil. 198. num. 20. lib. 1. & Craue. in conf. 173. Est ratio, quia præsumitur contra aliquem ex eo, quod facere consue- uit, l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. cum alijs à Cepol. alleg. Et huc facit, quod scripti supra lib. 1. quæst. 15. col. 1. & vbi plura ad rem congesti.

Et accedit secundum Cepol. ibidem num. 72. qui quod qualitas facti secundum qualitatem personæ facientis interpretatur, atque præsumitur, c. ablit. l. 1. quæst. 3. & c. ea vindicta. 23. q. 4. Et inquit gl. in c. si quis grammati- cam, 38. distin. bonum qui præsumi, illud quod à bono fa- ctum fuit. Ita econtra malum præsumitur, quod actum fuit à malo.

Et rursus accedit secundum eundem Capol. præcita- to in loco num. 70. in fi. quod semel qui malus semper præsumitur malus in eodem mali genere. c. semel. de regul. iur. in 6. & dicemus infra, lib. 4. in præsumpt. 40. Ceterū hæc coniectura etiam coniuncto pacto de reuendendo non sufficit ad demonstrandum contractum esse vsu- rarium, sed concurrere debent alia coniectura. Ita de- clarat Capol. præcitato in loco, nu. 74. ver. hæc tamen, & dicemus in fi. subsequen. præsumpt.

Vigesima tertia præsumptio, & coniectura est, quan- do emptor ipse esset qui vsurarius, & solitus vsuras exer- cere. Hæc sanè coniectura, coniunctis alijs facile arguit contractum ab hoc gestum esse fœneratium. Ita Capolla in d. tract. de simulatione contractuum, num. 73. vers. vigesima tertia præsumptio. post gl. in c. illo vos, de pign. & in c. conqueitus, de vsur. Host. in summa de pignor. §. quando. vers. ideo dico. & idem e. ad nostram, de empt. & vend. Paul. Leaz. in sua disputatione quæ incipit. Con- tra instrumentum debiti. col. 5. ver. de quarto pater. An- gel. in sua disputatione, quæ incipit. Attestis miles. col. 30. His accedunt Bald. in conf. 205. Jacob. col. 1. vers. nam siquidem. lib. 1. Rom. in conf. 314. num. 4. & alios refert Decian. in conf. 2. num. 15. lib. 1.

Hæc coniectura locum habet multo magis, quando solitus fœnerari, per interpositum quodammodo perso- nam, & (ut dici solet) per quemdam qui circuitum emit, sicuti euenit, quando curant, ut alter non solitus fœnera- ri emat tenui pretio cum pacto de reuendendo, qui emp- tor deinde vendit ipsi vsurario. Idem quando (ut facere solent vsurarij fœneratores) res ambulasset per duas, vel tres manus, si detegatur id factum fuisse operam ipsius vsurarij, multo magis augebitur præsumptio fraudis. Ita tradit Capol. præcitato in loco, num. 94. vers. & ideo vsurarij. post Guliel. de Monte Laudano in Clem. ex gra- di. & Zabarel. ibid. §. ceterum, q. 3. Idem tenet Cra- uet. in conf. 156. num. 11. qui respondit fortiori in casu, quando scilicet emptor non consuevit fœnerari.

Et cum contractus iste ob pretij tenuitatem, & pa- ctum de reuendendo suspectus sit, ut diximus supra in 1. præsumpt. dicendum est, quod cum habuerit malum principium, non dicitur permillum alicui scienti emere, quia emptor esset in eadem damnatione. argum. cap. tua- nos. de vsur.

Non enim permillum est emere rem fœneratiam, qui- curi

enti nec furtiuam, ut latè post alios respondi in consil. 300. num. 15. 16. 17. 18. num. 25. lib. 3. vbi plura ad rem scripti.

Ceterum hæc coniectura, quod sit solitus qui fœnerari etiam conuincio pacto de reuendendo, non sufficit ad detegendum contractum vsurarium. Ita scriptum reliquit præcitato in loco Capol. num. 75. vers. hæc tamen. qui huius sententia recenset Bal. in lempione. in fin. princ. C. plus valere quod agitur. & in liinterpositas. col. 1. C. de trans. Angel. in l. ficuti. §. superuacaneum. ff. quib. mod. pign. vel hypot. fol. & in disputatione Asten. miles. columna. 30. Nam ut præcitati Doct. scri- bunt, etiam vsurarij per sepe faciunt contractus iustos, & l. probatos.

Econtra aut, quādo probatur quod emptor est qui vir probus, & solitus contrahere iustè, & legitime, cessat sus- picio simulationis, & fœneris. Ita Dec. in consil. 308. num. 5. vers. 3. in casu. Crauet. in conf. 145. in fine, & alij multi congesti à Rol. in conf. 58. num. 2. lib. 4. & à Decian. in conf. 2. num. 84. lib. 1.

Vigesima quarta præsumptio, & coniectura contractus simulati, & vsurarij est, quā qui venditor permittit in pos- sessione rei venditæ. Ita Capol. in d. tract. de simulat. con- tract. nu. 76. vers. vigesima quarta præsumptio post gl. Cyn. Spec. Guid. Suzar. Bart. Bald. & Butr. & his acce- dunt alij, quos congesti in lib. 2. de arbitrijs iudicum casu 37. vbi ad huius præsumptionis explanatior è non mediocri studio, & diligentia distinxit vndecim casus. Hanc esse præsumptionem (ut pauca hæc iam scriptis ad iugam) iuris qui scriptum reliquit Io. And. in additio- nibus ad Spec. in tit. de præsumptionibus. §. species, nu. 5. in verb. in prædict. concord. Ita quoque Anch. in cōf. 257. num. 4. respondit, & declarat Rom. consil. 304. nu. 3. quando mansit in possessione tanquam conductor, ut etiam dixi in d. 80 casu 39. Et hæc quidem coniectu- ra comprobatur ex his, quæ responderunt Bal. in conf. 322. lib. 2. Cort. in conf. 135. col. 6. lib. 1. Affl. in c. 1. in prin. nu. 20. de feudo dato in vicem legis commissiorum. Paris. in conf. 53. nu. 71. & in conf. 56. nu. 54. lib. 1. & Ro- land. in conf. 40. nu. 36. lib. 2. cum dixerunt, quod quan- do bona vendita semper permanserunt in æstimo, & ca- tastro vend. totis, præsumitur quod semper possederit, atque ita colligitur coniectura, quod venditio non fue- rit verè facta, sed potius bona pignori data. Et rursus scribunt Bal. in l. illud in fin. C. de sacros. eccles. Cast. in consil. 331. Præsumptus ijs. lib. 1. & Crot. in conf. 141. in fine. tunc ex retentione possessionis præsumi simula- tionem, quando instrumentum venditionis continet, quod realiter tradita fuit possessio, & tamen constat tra- ditam non fuisse. Et alia nonnulla ad rem scriptis Masc. in conclus. 439. qui multa (ut ex istimo) desumpsit ab his quæ scripti in d. casu 20.

Vigesima quinta præsumptio, & coniectura contra- ctus simulati, & fœneratij colligitur ex eo, quod ven- ditio qui ipsa duravit modico tempore. Ita Capoll. in d. tract. de simulatione contractuum, nu. 79. vers. vigesima quinta præsumptio. post Bar. in consil. 65. Petrus Nicolę, lib. 1. & Cast. in conf. 74. In causa mota per D. Dorothe. col. 2. vers. his præmissis. lib. 2. sic & Affl. in c. 1. in prin. nu. 11. & 37. vers. 15. post Rotam decis. 1. nu. 4. tit. de do- na. in nouis. de feudo dato in vicem legis commissio. Et coniecturam hanc probat text. clarus l. 3. §. si ab ignoto. ff. de manumiss. quem statim declarabimus. Ea est hu- ius sententia ratio, quia cum vendit ones fieri soleant ut res sint perpetuò penes emptorem, & pignorationes, quousque debitum soluatur. l. si rem. §. omnis. ff. de pi- gni. æsti. existimandum est, quod ex modico tempore no- luerit vendere, sed pignorare. Id quod secundum Cepol- lam optime probatur in simili. l. pleyique. ff. de ritu nu- pt. vbi si mulier, quæ recessit à marito, nō multo tempo-

re post reuera est, diuertisse non censetur: & propterea dicitur idem matrimonium.

Cōfert text. l. si ventri. §. in bonis. ff. de prio. credit. vbi ex breuitate temporis colligitur fraus commissā contra creditores. Quod quidem responsum ad rem nostram multi commemorant, ac multis exornat Tiraq. de tetra- ctu consang. §. 1. glot. 7. num. 77.

Ceterum præsumptio hæc intelligitur, & locum ha- bet, quando fita expressè actum fuit, ut modico tempo- re duraret venditio. Ita respondit Vipianus in d. c. 1. 3. §. si ab ignoto. ff. de manumiss. vbi ficta, & imaginaria di- citur emptio libertatis, quādo ita ab initio actum est, ut scilicet statim pretium restitueretur. Et in specie sic in- tellexerunt Bar. & Cepolla præcitatis in locis. Cum ve- rò nullum adiectum fuit pactum expressum, sed tamen contrahentes recesserunt à contractu intra modicū tem- pus, tunc oritur præsumpta simulatio, quæ sola non suf- ficat ad detegendum contractum simulatum, & vsurariū, sed iungi debet cum alijs præsum- ptionibus. Ita Capol. præcitato in loco, num. 79. in fi. & huius traditionis ratio est, quia simulatio ab initio contractus consideratur, an illa interuenit, cum non sufficiat ex post. Ita Bald. in l. vnica. q. 10. C. si feruus extero. & Natt. in conf. 628. nu. 20. lib. 2. dixi supr. num. 46.

Vigesima sexta præsumptio, & coniectura contractus simulati, & vsurarij sumitur qui modo recedēdi ab ipso contractu emptionis, & venditionis, quādo. l. receditur per restitutionem instrumentorum in eislorum, atque ita per modum recessus ab ipso contractu, non aut per mo- dum nouæ venditionis, sicuti fieret, quando ab initio facta fuisset venditio verè. Hanc coniecturam probauit Capolla in d. tract. de simulatione contractuum, nu. 80. vers. 26. præsumptio. post Cast. in conf. 74. In causa mo- ta per D. Dorotheam. col. 3. vers. 3. resultat. lib. 2. Idem affirmavit Affl. in c. 1. in prin. nu. 37. vers. 16. de feudo dato in vicem legis commissi. & Mascar. in concl. 440. lib. 3. Nam insolita arguunt suspensionem. l. si quid ab conditione. ff. de condit. instit. & diximus supra in nona coniectura. Atqui quā fit venditio non inciduntur in- strumenta venditionis iam factæ, sed aliud instrumentū ipsius reuenditionis conficitur. Ergo per incisionē hanc insolitam arguitur suspicio simulationis. Nec huic solæ repugnant aliqua iura, quibus satisfacit Capolla præci- tato in loco, num. 80. vers. in contrarium tamen.

Erit præterea obseruandum, prædictas præsumptio- nes, & suspensiones contractus simulati, & fœneratij ab eo primo simulato, & fœneratitio. Ita responderunt in specie Rom. in conf. 304. Plura sunt. in fi. & Ruin. in con- sil. 16. in fin. lib. 4. De his satis.

Vsura quando, & quomodo in contractu mutui com- missa præsumatur?

S V M M A R I V M.

- 1 Usura directo in mutuo, in alijs contractibus per indirectum com- mittitur.
- 2 Mutuum fœneratium esse non præsumitur. Receditur tamen ab hac regula, alijs coniecturis. n. 3.
- 4 Fenus ut præsumatur, sufficit plus acceptum, quam datum esse. Nec personam mutuantis considerari, an fœnerari consueuerit. num. 5.
- 6 Restitutionis incertitudo non tollit vitium fœneris in mutuo.
- 7 Fœneratium non præsumitur contractus, quando alijs coniectu- ris apparet animum contrahentium non fuisse fœnerandi.
- 8 Fœneratium contractum esse, & contrahentes ita fœnus exer- cuisse, ut possint puniri, diuersa sunt.
- 9 Veritas per nostrum affirmare, vel negare non immutatur.
- 10 Luerum præter animum, & voluntatē accedens, usura non est.